



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epitome Tribvnalis Sacramentalis Reverendissimi Patris Petri Marchantii

Zurmöllen, Heinrich

Neuhusii, 1677

Titvlvs VII. De Accusatoribus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9734

TITVLVS SEPTIMVS.

De Accusatoribus.

Articulus Primus.

De Accusatoris Obligatione.

Accusator proprie dicitur, qui dato Libello Judicem interpellat aduersus Reum in causa delicti vel criminis in ordine ad vindictam, ob publicum bonum obligans se ad delicti probationem: & in casu defectus probationis ad pœnam talionis. Obligatur vero

1. Ut delictum sive crimen & personam in singulari exponat, non enim sufficit in generali accusare.
2. Ut juridica sit accusatio debet vindictam delicti, sive Reum ad vindictam, ob delictum expetere.
3. Debet publicum bonum intendere, & non privato odio accusare.
4. Debet se obligare ad delicti probationem.
5. Hoc ipso quo se accusatorem declarat obligatur sub pœna talionis delictum probare.

Arti-

Articulus Secundus.

De Peccatis Accusatoris.

1. **P**eccat si falso hominem accuset utpote de Crimine quod non fecit.
2. Peccat. Si crimen illiusq; circumstantias ultra veritatem augeat.
3. Si peccatum omnino occultum aut emendatum absque causa (qualis esset in proditione Civitatis vel ruina Reipublice imminente) ad judicem defert.
4. Si ex odio aut malevolentia accuset.

TITVLVS OCTAVVS.

De Reo.

Articulus Vnicus.

De Reo ejus obligationibus & peccatis.

REUS vocatur generaliter, qui ab aliquo in re controversa ad iudicium provocatus est, & obligatur ad sequentia. 1. Ut se contra actorem jure defendat. 2. Ut si interrogetur juridice & legitime, iudici veraciter respōdeat, objecta juridice, iuste dissolvat.